Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite
Quelle:
Copyright:

ret, eorum penitus obliterare memoriam, et praeterea de ratione res eſt, qua quam promtiſſime poſſint inſpicere volentibus exhiberi, conſilium hujusmodi cepi, ut Codicum numeris in margine adſtitutis literas quasdam jungerem, quarum ut vim cognoſcas, ſic habeto. Cum duo ſint Conclavia, quibus Bibliotheca Palatina Codices manu ſcriptos ſervat, litera C. Codicem in inferiori Conclavi quaerendum docet. E. aut H. Codicem Eugenianae, aut Hohendorſianae Bibliothecae ſignat, quarum utramque D. Carolus, uti notum, redemit. U. denotat Codicem antiquae Bibliothecae Univerſitatis Studiorum Vindobon. quam D. Mariae Thereſiae beneficio habemus. Ceterorum cuivis adpoſita litera R. Recentiorem, et e Conclavi ſuperiori petendum ſignificat. Ad ſingulos tamen, quatenus ſcire datum eſt, obſervavi, quorum olim Κτήματα fuerint; id enim ad Hiſtoriam librariam pertinere, vix erit, qui dubitet.

De iis, quae ſe per decurſum Voluminis offerunt, nihil praecipio; quamvis putem, multa levia, minuta, inutilia pronunciaturos quosdam, quibus nimium frequenter eſt in ore Caſſianum illud: *Cui Bono?* licet in iis opinionum turbinibus, quibus ferimur hodie, vix dum ſecum ipſi, quid Utile, quid Bonum, ſatis conſtituiſſe videantur. Agitur nempe de literariis Monumentis Majorum noſtrorum, quos, tantum abeſt, ut revereantur, ut irriſione potius, ac ludibrio, vel, ſi in

mitiſſi-